



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 111. Et cum venisset statim accedens ad cum. v. 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

caute: quod verbum si spirituali sensu & bono ad nos referamus quibus in-
cumbit Iesum querere atque comprehendere vti Paulus ad Philip. ait: Se-
quor autem si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu:
& ad Corinth. Sic currite ut comprehendatis: profe&to velut alter Caiphas pro-
phetauit Iudas nesciens quid diceret, nempe verbum bonum, salutare præ-
ceptum, nam reuera tenendus est Christus, necesse enim est quærentibus
Christum, tenere eum, & secum ducere caute, nempe vinculis ardentiissimæ
charitatis, sicut sponsa dicebat, *Quis in quem diligit anima mea, tenui eum nec di-
mittam.* Oportet etiam postquam tenuerimus Christum caute, illum duce-
re, ne forte propter peccata nostra aut se abscondat aut auffugiat a nobis, &
nos deserens ad alios se conferat: tene, inquit, quod habes, ut nemo accipiat coro-
nam tuam.

Tenebo ergo te Domine donec benedixeris mihi hic & in aeternū, & introducas
me in cellam vinariam & ordines in me charitatem, charitatem qua legem im-
pleat, qua omnia sufferat, male de proximo non suspicetur, charitatem fraternalm
qua est vinculum perfectionis, qua est mater virtutum omnium.

S. III. Et cum venisset statim accedens ad eum. v. 45.

Bene obseruat, novus noster Dux belli vel Generalis ex Apostolo
creatus, Iudas stratagematum precepta: nam vnum ex principiis bellicis est,
Victoriam saepius in celeritate positam esse, hinc alatam, hinc gradientem,
imo currentem Romanū pingebunt, & non nisi post victum hostem seden-
tem super spolijs. Hæc considerans, possum cum Christo dicere & ingemis-
cere: quod filii huius saeculi prudentiores sint filiis lucis in generatione
sua: nam raro videoas in spirituali negotiatione ita cautos & prouidos mi-
nistrorum Dei, vti fuit astuti ministri diaboli. Ecce in Germania, imo Europa
tota, quam vacue, quam vigilanter, quam sedulò agunt acatholici, ut sub-
vertant ecclesiam Christi! quam oscitanter ipsi Catholic! illi ut ignis in
spinis, hi paululum conserunt manus, & dicunt: modicum hic, modi-
cum ibi.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus per Prophetam Re-
gium inuitas nos omnes clamans: *Accedite ad me, & illuminamini, & facies
vestra non confundentur;* accedite quotquot in tribulatione estis, accedite per
fidem & orationem ad Deum vestrum; respicite in auxilium meum: acce-
dite per conversionem & pœnitentiam & conuertar ad vos vultu lucidissi-
mo & maximè vitali, quippe qui sol sum increatus & fons vitæ, illuminabo
& uiuiscabo vos: & facies vestrae non confundentur; *Et ego, Domine*

K

Deus